



Duo Tractatus

Moneta, Giampietro

Marburg, 1628

V. An sicut tempus non currit ignoranti, ita etiam aliter justa de causa impedito, aut minori; vel saltem aliqua ratione eisdem succurratur.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-63048](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-63048)

adjuñgē-
 rineo. qu
 i, Odd.
 l. & alia
 2. præsum
 . & laru
 cl. 1293. n
 liciter n
 † in præ
 Mascard. l.
 . 1. num. 6.
 vox, & fa
 2. Menoch
 cas. 186. n
 el. num. 17
 ntiam præ
 stonum. n
 d. præsum
 d idem en
 equentat
 nu. 1. C
 conjectur
 † tollit
 istamigno
 scentes, ib
 num. 54. n
 d. cas. 186
 380 num
 quæ etia
 off. & Bar
 ate inter
 . Menoch
 do inquæ
 ard. concl
 vero calu
 tur, aut præ
 Mascard. l.
 tem propri
 acc

accedendo, quoniam vacatio beneficii, de cujus no-
 titia quærimus, quando præsumatur, contingere po-
 test vel per mortem, vel etiam alia ratione, quomodo
 † probetur mors, vel ejus notitia, colligere poteris ex 36
 iis, quæ late tradit *Mascard. conclus. 1069. cum tribus*
seqq. & nuperrime Afin. in 2. part. sua Prax §. in princip.
tex. per totum. De vacatione vero † per contractum 37
 matrimonii, per assensionem alterius, aut resigna-
 tionem videndus est idem *Mascard. d. tract. de probat.*
concl. 182. 183. & 1395. In specie vero de notitia † va- 38
 cationis beneficii, quando præsumatur atq; sufficiens
 sit, videri possunt *Doct. in c. licet, de suppl. negl. Pralat. c.*
quia diversitatem, de concess. præbend. & clem. unic. eo-
dem tit.

QUÆRO QUINTO ET POSTREMO, *An sic-
 ut hoc tempus non currit ignorantibus, ita etiam aliter justa
 de causa impedito, aut minori, vel saltem aliqua ratione
 iisdem succurratur?*

PRIMA CONCLUSIO. Probabile est, quod si ii
 omnes, qui optare debebant, juste impediti fuerint,
 durante tali impedimento illud tempus † iis non cur- 39
 rat; *optimus tex. in l. 1. C. de annal. except. l. ob cōmissa, C.*
de adult. l. scire oportet. §. sufficit. ff. de excus. tut. l. ult. §.
donec, C. de jur. delib. c. quia diversitatem, de concess. præ-
bend. cum aliis similib. Ex quibus illa regula fit, quod
 impedito † non currit tempus, *quam inter alios probat* 40
Tiraq. de retract. lign. §. 3. gloss. 4. num. 6. & de retract.
convent. §. 2. gloss. un. num. 78. dum tamen illud impe-
 dimentum non sit affectatum, *per ea, quæ late tradit*
idem Tiraq. de retr. lign. §. 35. gloss. 4. num. 29. Multo ve-
 ro magis id verum erit, si aliqui ex iis † sint minores: 41
 iis enim saltem non currit hujusmodi tempus, duran-
 te justo impedimento, cum præscriptio temporalis † 42
 minoribus non currat, sed ipso jure tuti sint, ut est *tex.*
in l. fin. C. in quibus ca. rest. in int. non est necess. loquens
 de præscrip. legali, quod latius prosequitur *Sfort. Odd.*
tract. de rest. in integ. q. 88. art. 2.

SECUNDA CONCLUSIO. Ubi etiam ipso jure cur-

- 43 rat tempus illud optandi, adhuc competet † tam mi-
noribus ex causa ætatis, quam absentibus aliisve iuste
impeditis in integrum restitutio. Illud enim regula-
re † est, absentibus iusta de causa succurri per restitu-
tionem in integrum, ut est text. in l. i. ff. ex quibus cau-
mai. l. & si sine, §. fin ff. de minor. de quo absentia: im-
pedimento luculenter & optime per Odd. d. tract. q. 1.
45 6. & 7 per totas, de aliis † impedimentis, quæ ad rem
nostram faciunt, fulse, & eleganter tradit *quest. 11*. c. 1.
14. in genere vero de impedimento, quatenus causam
dat restitutioni; late per eundem, *quest. 27*. & tribus
seqq. ubi etiam tractat, quando protestatio vel dimis-
sio procuratoris necessaria sit, quæ consulto omitto, ne
nimis longum faciam, & ea hic inferam, quæ à tanto vi-
ro egregie pertractantur. Duo tamen non omitto
quæ proxime rem nostram attingunt. Alterum est, tam
46 minorem † ex causa ætatis, quam maiorem ex causa
iusti impedimenti regulariter adversus quælibet omis-
sa, & lapsus temporum ad aliquid agendum compe-
tentium restitui; prout regulam facit idem Odd. d.
tract. q. 89. art. 1. per textus qui sunt clari, in l. per C.
restit. in integr. ibi, ignoraverunt, vel pratermiserunt, &
in l. non omnia ff. de minor. & admittit gloss. in l. si
militaribus, verbo, distraxerunt, C. de rest. milit. ac
traq. de retract. convent. §. 1 gloss. 2. nu. 57. loquentes
tempore legali, prout est in casu nostro. Alterum est
quod licet in iis, quæ mere spiritualia sunt, ut matri-
monium, ingressus religionis, votum, & similia, for-
47 minor etiam † non restituatur, ut post gl. Abb. Ancl.
alios in c. ex parte de rest. spol. & alios tradit idem Odd.
d. tract. q. 60. art. 1. & seqq. tamen in iis, quæ non sunt
mere spiritualia, sed spiritualibus solum annexa, pro-
48 est materia beneficialis, datur † minori enormiter la-
so in integrum restitutio, ut singulariter tradit Leo
Gomez. ad reg. cancell. de trien. possess. q. 15. & latius Co-
var. lib. 1. var. resol. cap. 5. nu. 2. 3. 7. & 8. ubi etiam pro-
49 bat, id procedere † si ve de lucro captando agatur, si-
50 de damno vitando, & licet res integra † non sit, quæ
ber

beneficium jam alteri sit collatum ; quod etiam tradit
 & in specie admittit, † ubi alias minor non habeat, un 51
 de vivat, Christoph. Rophiniac. in tract. de benef. cap.
 17. nu. 15 & 16. post Abb. in c. ex parte de rest. spol. cum
 tamen gloss. & ceteri, d. c. ex parte, id procedere nolint
 re non integra, quos satis refellunt Christoph. & Di-
 dac. loc. cit. qui etiam contraria solvunt ita, ut ad eos
 remittere lectorem sufficiat.

Quod si rursus à me aliquis quærat, an toti colle-
 gio canonicorum restitutio hujusmodi ex capite mi-
 noritatis ratione minorum, quos continet, vel etiam
 quia collegium ipsum tamquam ecclesia, juxta tex. in
 c. 1. de in integr. rest. cum simil. vel tamquam pium colle-
 gium privilegio minorum gaudeat, juxta late tradita
 per Odd. d. tract. q. 3. art. 5. & 12. Respondeo, † quod si 52
 id agatur, ut aliquis saltem de Capitulo optet, ad hoc,
 ut optandi consuetudo serveretur, neque ea turbari pos-
 sit, aut interrumpi per hujusmodi contrarium usum,
 tunc poterit totum Capitulum canonicorum propter
 hujusmodi interesse, quod proprie ad illud spectat, ut
 universum est, & tamquam ecclesia ex dicto mino-
 rum restitui, per tex. d. c. 1. & ea qua tradit Odd. loc. prox.
 cit. si vero aliqui jam optaverint, alii non, & tunc cum
 hi collegium non constituent, & tamquam singulares
 veniant, nisi ii minores vere sint, restitui non poterunt
 ex hujusmodi edicto minorum, ut colligitur ex traditis
 per Odd. ibid.

Quis autem sit iudex competens † in hujusmodi 53
 restitutione, patet ex tex. & ibi Doct. in l. fin. C. ubi, &
 apud quem, & c. pen. de in integr. restit. ubi habetur, so-
 los iudices ordinarios administrationem habentes,
 vel ab eis delegatos posse restituere, non autem arbi-
 tros. Quando tamen, & quomodo possint arbitri &
 arbitratores saltem incidenter restituere, vel pronun-
 ciare restituendum, præter Doct. d. l. fin. & cap. pen. vi-
 dendus est Caldas ad l. si curatores, verbo, implorandum,
 numero 25. & duobus seqq. C. de restit. in integrum. Odd.
 d. tract. de restit. in integr. quest. 32. art. 7. cum quatuor

seqq. & Camil. Borel. tract. de compromiss. §. 2. gl. 1. num.
174. cum seq. seq.

SUMMÆ RERUM.

- 1 *Canonicatus, seu canonia distinguitur à prabenda.*
- 2 *Copula, &, ponitur inter diversa.*
- 3 *Canonia non debet esse sine prabenda, ubi adest in ecclesia.*
- 4 *Prabenda nascitur à canonia sicut filia à matre.*
- 5 *Canonicatu collato censetur etiam collata prabenda.*
- 6 *Canonia, & prabenda quid sit, & num. seqq.*
- 7 *Canonia est ius spirituale.*
- 8 *Canonia tribuit stallum in choro, & exercitium eorum, quæ ad divinum officium spectant: item locum, & vocem in Capitulo. num. 9. nisi vel esset puer, vel non subdiaconus nam. 10.*
- 11 *Canonia tribuit ius ad prabendam, item ius ad percipiendi distributiones quotidianas, nisi aliter obstat. num. 12.*
- 13 *Prabenda quomodo definiri possit.*
- 14 *Prabenda sumi potest pro temporalitate, & sic competit etiam laico.*
- 15 *Prabenda habet aliquid spiritualitatis distinctum à spiritualitate canonia.*
- 16 *Canonici duo assumi possunt, nulla etiam vacante prabenda, ubi non est certus numerus prabendarum, secus ubi est certus.*
- 17 *Vacante una prabenda possunt duo canonici assumi ubi saltem excrescentib. facultatibus ea prius visa fuit.*
- 18 *Optione non mutatur canonicatus, sed sola prabenda; mutatur tamen ius spirituale, quod est annexum prabenda. num. 19. imo etiam quodammodo titulus, ubi saltem prabenda sunt distincta num. 20. Contrarium alii, qui exponuntur. numero 21.*

- 22 *Canonicus nuper receptus, debet prius sedere in ultimo loco intra suum ordinem.*
- 23 *Optans intra eundem ordinem adscendit saltem per accidens ad locum superiorem in choro.*
- 24 *Præbenda non optata debet dari noviter recepto, & proviso.*
- 25 *Optans ex speciali consuetudine præbendam superioris ordinis, aut gradus, simul etiam optabit stallum in illo ordine; postremum tamen in eo loco obtinebit. num. 27.*
- 26 *Canonici omnes presbyteri debent præcedere omnes diaconos, & omnes diaconi omnes subdiaconos.*
- 28 *Optans præbendam, ubi præbende sunt distinctæ realiter, & secundum perpetuam administrationem, vel indistinctæ quidem, sed dividuntur, & assignantur canonicis saltem ad certum tempus in determinato corpore, dimittit onus pensionis.*
- 29 *Pensio est onus reale, & transit ad quemcumque transit beneficium, & præbenda. num. 30.*
- 31 *Fructus bonorum alicujus ecclesie, & beneficii desinunt esse obnoxii pensioni, quando ea desinunt esse bona, & fundi illius ecclesie.*
- 32 *Pensio non dimittitur per optionem, ubi per Capitulum sit certa distributio in bladis, aut pecunia loco præbende.*
- 33 *Pensio per optionem non dimittitur, ubi ea imposita sit in totum, vel pro parte super distributionibus quotidianis; ad ratam enim saltem illis correspondentem solvenda erit ab optante.*
- 34 *Pensionarius non potest exigere à Capitulo pensionem impositam super distributionibus quotidianis, cui vacante canonicatu illa accrescunt.*
- 35 *Pensionarius, qui resignavit duo beneficia Titio reservata sibi pensione super utroque, si Titius alterum Seio dimittat, exiget pensionem à Titio, & Seio ad ratam valoris utriusque beneficii.*
- 36 *Distributiones quotidiana accessoria non sunt ad*

præbendam, sed potius canonicatus.

- 37 *Pensio etiam imposita super solis distributionibus, vel super distributionibus simul, & præbenda, omnino dimittitur per eum, qui via collationis, & nova provisionis mutat canonicatum etiam in eadem ecclesia.*

CAP. VII.

De præcipuis optionis effectibus.

QUÆRO PRIMO, *An per optionem mutetur sola præbenda, an vero etiam titulus, & canonicatus?*

Pro intelligentia tam hujus, quam sequentium questionum hujus cap.

- Præmittendum est primo, canonicatum, seu cano-
 1 niam distingui † à præbenda, quod probatur tum ex
 tex. in c. eum cui, c. si clericus, & c. si is cui, de præbend. in
 6. & c. fin. de concess. præben. eod. libr. ubi canonicatus
 supponitur collatus sine præbenda, & not. ibi gloss. &
 Dd. gloss. in c. eum M. Ferrariensis in verbo, receperunt,
 ubi Abb. num. 2. Fel. num. 16. Butr. & Imol. in c. eam 11,
 de rescript. Card. in clem. fin. num. 5. Imol. num. 4. de præ-
 bend. Rot. decis. 33. in princip. de rescript. & decis. 26. de
 præben. num. 5. in no. decis. 11. num. 9. de concess. præben.
 & alibi sæpe, aliique Doct. passim; tum ex communi
 stylo curiæ, qui in bullis provisionum solet apponere
 canonicatum; & præbendam; nam copula, &, poni-
 2 tur † inter diversa, c. querelam, de Simon. cum similibus,
 tum demum experientia; videmus enim in ecclesia
 Scalensi Mediolani, & aliis plerisque omnes cano-
 nicatus præbendis carere solasque distributiones ha-
 3 bere. Illud tamen verum est, canoniam † non debere
 esse sine præbenda, ubi in ecclesia extent præbendæ;
 quod voluit Rot. d. decis. 33. Franc. Marc. decis. Delph.
 1272. n. 1. 1. parte, & gloss. d. c. eum M. in verbo, receperunt,
 & verbo, vacaverat, & est optimus tex. in c. rela-
 rum, & c. dilectus, de præben. Et hoc est, quod aliqui, ut
 Rot.